dum cum finitimis Achæis & cum Perrhæbis & Magneſiis gererent bellum. Videtur autem etſi nihil aliud, attamen hoc ipſum eſſe perdifficile, quemadmodum cum eis ſit conuerſandum. Nam ſi remiſsè erga illos te geras, ſuperbiunt illi quidem, ac ſe pares dominantibus exiſtimant: ſin aſperè tractentur, inſidiantur, atque odio habent. patet igitur non reperire optimum modum eos, quibus iſta contingunt circa ſubiectos. Præterea lenitas in mulieres & ad propoſitum reipublicæ nocet, & ad directionem ciuitatis. Vt enim domus pars ſunt vir & vxor, ita & ciuitatem bifariam diuidi cenſendum eſt, in virorum multitudinem ac mulierum: quocirca in quacunque republica malè prouiſum eſt circa mulieres, in ea putandum eſt medietatem ciuitatis eſſe neglectam: quod ibi contingit. Volens enim legiſlator totam ciuitatem eſſe duram ac laborum patientem, in viris quidem id feciſſe conſtat, in mulieribus autem non feciſſe. viuunt enim molliter, ac in omnem licentiam diſſolutæ. Itaque neceſſarium in tali republica diuitias haberi in precio: præſertim cum viri ſint mulieribus obnoxij. quod accidit omnibus fermè militaribus bellicoſiſque gentibus, præterquam Celtis, aut ſiqui alij coitum maſculorum palam receperunt. Videtur autem qui primus fabulatus eſt, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxiſſe: quoniam omnes huiuſcemodi homines proni ſunt ad Venerea, aut maſculorum, aut mulierum, illiſque obnoxij. Itaque apud Lacedæmonios hoc fuit, multáque in eorum principatu à mulieribus adminiſtrabantur. Etenim quid refert, vtrum mulieres ipſæ gubernent, an eos qui gubernant, à mulieribus gubernari? idem enim accidit. Cúmque inſolentia ad nullum obſequium vtilis ſit, niſi fortè ad bellum, maximè nociuæ etiam ad hoc ipſum Laconum mulieres erant. Patefecerunt hoc in Thebanorum aduentu. non enim magis vtiles præſtiterunt ſe quàm aliarum ciuitatum mulieres: ſed turbam inferebant magis quàm hoſtes. Ab initio igitur rationabiliter contigiſſe Lacedæmoniis videtur in mulieres indulgentia, cum per militiam multum domo abeſſent, Argiuis primo, mox Arcadibus & Meſſeniis bellum inferentes. exercétes enim,

A διὰ τὸ πολεμεῖν ἔτι τοῖς προσχώροις, Ἀχαιοῖς καὶ Περραιβοῖς, καὶ Μάγνησιν. ἔοικε δὲ καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, ἀλλά τι γε τῆς ἐπιμελείας ἐργῶδες εἶναι, τίνα δεῖ πρὸς αὐτοὺς ὁμιλῆσαι τρόπον. ἀνιέμενοι τε γὰρ ὑβρίζουσι, καὶ τῶν ἴσων ἀξιοῦσιν ἑαυτοὺς τοῖς κυρίοις· καὶ κακοπαθῶς ζῶντες, ἐπιβουλεύουσι, καὶ μισοῦσι. δῆλον οὖν, ὡς οὐκ ἐξευρίσκουσι τὸν βέλτιστον τρόπον, οἷς τοῦτο συμβαίνει, περὶ τὴν εἱλωτείαν. B ἔτι δὲ ἡ περὶ τὰς γυναῖκας ἄνεσις, καὶ πρὸς τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας βλαβερὰ, καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως. ὥσπερ γὰρ οἰκίας μέρος ἀνὴρ καὶ γυνὴ, δῆλον ὅτι καὶ πόλιν ἐγγὺς τοῦ δίχα διῃρῆσθαι δεῖ νομίζειν, εἴς τε τὸ τῶν ἀνδρῶν πλῆθος καὶ τὸ τῶν γυναικῶν. ὥστ' ἐν ὅσαις πολιτείαις φαύλως ἔχει τὸ περὶ τὰς γυναῖκας, τὸ C ἥμισυ τῆς πόλεως εἶναι δεῖ νομίζειν ἀνομοθέτητον. ὅπερ ἐκεῖ συμβέβηκεν· ὅλην γὰρ τὴν πόλιν ὁ νομοθέτης εἶναι βουλόμενος καρτερικὴν, κατὰ μὲν τοὺς ἄνδρας φανερός ἐστι τοιοῦτος ὢν, ἐπὶ δὲ τῶν γυναικῶν ἐξημέληκε· ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν, καὶ τρυφερῶς. ὥστε ἀναγκαῖον ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ τιμᾶσθαι τὸν πλοῦτον, ἄλλως τε D κἂν τυγχάνωσι γυναικοκρατούμενοι, καθάπερ τὰ πολλὰ τῶν στρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν, ἔξω Κελτῶν ἢ κἂν εἴ τινες ἕτεροι φανερῶς τετιμήκασι τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίαν. ἔοικε γὰρ ὁ μυθολογήσας πρῶτος, οὐκ ἀλόγως συζεῦξαι τὸν Ἄρη πρὸς τὴν Ἀφροδίτην. ἢ γὰρ πρὸς τὴν τῶν ἀρρένων ὁμιλίαν, ἢ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν, φαίνονται κατακώχιμοι πάντες οἱ τοιοῦτοι. E διὸ παρὰ τοῖς Λάκωσι τοῦθ' ὑπῆρχε, καὶ πολλὰ διῳκεῖτο ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν. καίτοι τί διαφέρει γυναῖκας ἄρχειν, ἢ τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἄρχεσθαι; ταὐτὸ γὰρ συμβαίνει. χρησίμου δὲ οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν τῶν ἐγκυκλίων, ἀλλ' εἴπερ πρὸς τὸν πόλεμον, βλαβερώταται καὶ πρὸς ταῦθ' αἱ τῶν Λακώνων F ἦσαν. ἐδήλωσαν δὲ ἐπὶ τῆς Θηβαίων ἐμβολῆς· χρήσιμοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἦσαν, ὥσπερ ἐν ἑτέραις πόλεσι· θόρυβον δὲ παρεῖχον πλείω τῶν πολεμίων. ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν ἔοικε συμβεβηκέναι τοῖς Λάκωσιν εὐλόγως ἡ τῶν γυναικῶν ἄνεσις. ἔξω γὰρ τῆς οἰκίας διὰ τὰς στρατείας ἀπεξενοῦντο πολὺν χρόνον, πολεμοῦντες τόν τε πρὸς Ἀργείους πόλεμον, καὶ πάλιν τὸν πρὸς Ἀρκάδας καὶ Μεσσηνίους· σχολάσαντες δὲ,

αὐτοῖς